



*Marcus Tullii Ciceronis. De finibus bonorum et malorum. ad Brutum primum liber incipit.*

**V**on enim nescius brute. cum quae summis ingenii exquisitaque doctrina philosophi graeco sermone tractauissent. ea latinis literis mandarem. fore. ut hic noster labor. inuarias reprehensiones incurreret. Nam quibusdam. et his quidem non admodum indoctis. totum hoc displicet. philosophari. Quidam autem non tam id reprehenderunt. si remissius agatur. sed tantum studium. tam multa opera. ponenda in eo non arbitrantur. Erunt etiam et hi. quidem eruditi graecis literis. contemptores latinas. qui se dicant. in graecis legendis opera. malle consumere. Postremo aliquos futuros suspicor. qui me ad alias litteras uocent. genus hoc scribendi. et si sit elegans. profane. tam. et dignitatis esse negent. Contra quos omnis dicendum breuiter existimo. quaque philosophiae quidem uituperatoribus. satis responsum est. eo libro quo a nobis philosophia defensa. et collaudata est. cum esset accusata. et uituperata abhorrentio. Qui liber cum te tibi probat uideretur. et his quos ego posse iudicare arbitrarer. plura suscepi. uerum ne mouere ho-

minum studia uideret. retinere non posse. Qui autem si maxime hoc placeat. moderatus tam id uolunt fieri. difficile quandam temperantiam postulant. in eo quod semel iam missum. coerceri. reprimique non potest. Et prope modum iustioribus. utam illis. qui omnino auocent a philosophia. quam his quibus infinitis modum constituant. In reque meliore quo maior sit. medio critate desiderent. Sive enim ad sapientiam perueniri potest. et paranda nobis solum ea. sed fruenda etiam sapientia est. Sive hoc difficile est. tam nec modus est ullus inuestigandi ueri. nisi in ueneris. Et querendi defatigatio turpis est. cum id quod queritur sit pulcherrimum. Et enim si delectamur cum scribimus. quis est tam inuidus. qui ab eo nos abducat. Sin laboramus. quis est qui alienae modum statuatur industrie. Nam ut Terentianus Chremes non inhumanus. qui nouum uicinum non uult fodere aut arare. aut aliquid ferre de neque. non enim illum ab industria. sed ab inliberali labore deterret. sic isti curiosi. quos offendit noster. minime nobis inuocandus labor. his igitur est difficilior 2